

qualibet arte minuerit, si semel aut bis commonita non emendaverit, excommunicationi s[u]b[i]aceat | abstineat et a fidelium communione, donec errorem suum recognoscat et eidem loco iniuste ablata restituat. Huius rei testes: | Sigemundus decanus. Theodericus prepositus Wrcinensis. Theodericus canonicus. Lutherus canonicus. Bertramus canonicus. Wipertus capellanus episcopi. Heinricus ca[n]onicus. Tam]mo prior 5 de Cella. Fridericus monachus. Meinherus castellanus Misnensis. Theodericus de Miltiz urbanus. Wolwinus camerarius episcopi. Acta sunt hec incarnati[onis anno mcc]ii, indictione v̄, anno pontificatus Theoderici episcopi xii kalendas octobris, diviso imperio sub Philippo et Ottone, regnante autem domino Christo; amen.

65.

10

Markgraf Dietrich bestätigt dem Kloster Altzelle die an dem Begräbnistage seiner verstorbenen Mutter Hedwig von ihr gemachte Schenkung des Dorfes Oetzsch. (Vergl. No. 14). — Zeuge: Graf Dietrich von Sommerschenburg.

Altzelle, 1203 April 1.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 129. S. an grünen und rothen Seidenfäden = Tafel II, 5.

Gedr.: Schäfer, Sachsenchronik I. Serie S. 21.

Ann.: Wegen der Zeugen vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 29 und 72 Ann. 6.

15

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio. Anno dominice incarnationis | m̄. c̄. x̄c̄vii., indictione xv̄., nonas ianuarii, ca scilicet die, qua domino militaturi Iherosolimam iter arripuimus, pie memorię mater nostra Hedwigis propter remedium | anime suę nostrique itineris prosperitatem et vite salutem 20 simul et carorum suorum defunctorum perpetuam apud deum et homines memoriam patris nostri videlicet marchionis Ottonis, | fratris nostri marchionis Alberti nec non et aliorum villam quandam Ovez nomine, que eam de paternę proprietatis iure contingebat, assensu nostro Cellę beate Marię sollempniter contulit, nimirum quia fundatrix eiusdem 25 ecclesię cum patre nostro extiterat, eam semper in melius, dum adviveret, cupiens promo- vere. Notum ergo habere volumus tam presentes quam posteros, quod eodem et nos cum parentibus nostris predictę Cellę fundatoribus affecti studioso benivolentie desiderio circa eandem domum, que ab ipsis pia liberalitate in ea collata sunt cum omnibus attinentiis suis per nos rata fore decrevimus, et quia dicit auctoritas, quod testamentum in morte testatoris confirmatur, idcirco et nos in sepultura predictę matris nostre, que vivens in 30 carne ante aliquot annos sepe dictę Cellę sanctę Marię devote contulerat, coram multis testibus confirmavimus et, ut rata et inconvulsa remanerent, que super hiis sollempniter gesta fuerant, tam ab ipsa quam a nobis presentem paginam impressione nostri sygilli munivimus et auctoritate et banno venerabilis episcopi Misnensis Theoderici omnibus roboratis testes ydoneos, quorum nonnulli tam in prima donatione matris nostre quam 35 nostra confirmatione fuisse probantur, subiunximus, quorum et ista sunt nomina: Theodericus Misnensis episcopus. Sygemundus decanus. Lutherus, Bertramus canonici. Winemarus abbas, Bernhardus, Heberhardus monachi de Porta. Albertus abbas.